

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mulier m
cum fontibus primis

De industria dissuta fit tunica ut aliquid
intus appareat; operitur quod fedum
est et aperitur quod formosum est.

Crispanti cingulo angustum pectus
artatur; capilli in frontem uel in aures
defluunt; palliolum interdum cadit ut
candidos nudet humeros et, quasi uideri
noluerit, celat festina
quod detexerat uolens.

Aliud pollicetur, aliud
ostendit; lingua personat castitatem
et totum corpus profert impudiciam.

Vix est ita turpis aut senio confecta
que non gaudeat, et libenter audiat
si dicatur esse pulcra.

Delectant castas eciam preconia forme.

Ieronimus in epistola at matrem et
filiam.

uestis ipsa uilis et pulla animi tacentis
indicium est, si rugam non habeat, si per
terram, ut altior uidearis, trahatur, si
de industria dissuta sit tunica, ut aliquid
intus appareat operiatque, quod foedum
est, et aperiat, quod formosum.
caliga quoque ambulantis nigella ac
nitens stridore iuuenes ad se uocat.
papillae fasciolis conprimuntur et
crispanti cingulo angustius pectus
artatur. capilli uel in frontem uel in aures
defluunt. palliolum interdum cadit, ut
candidos nudet umeros, et, quasi uideri
noluerit, celat festina,
quod uolens retexerat.

Hieronimus Stridonensis, *Epistulae*,
117, 7, 2-3 (CSEL 55, I. Hilberg ed.,
p.430, ll.7-15).

quid aliud pollicemur et aliud
ostendimus? lingua personat castitatem
et totum corpus praefert impudicitiam.

Hieronimus Stridonensis, *Epistulae*, 54,
7, 3 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.473,
ll.18-20).

[locus nondum inuentus]

nec faciem nec te pigeat laudare capillos
/ et teretes digitos exiguumque pedem: /
delectant etiam castas praeconia formae;
/ uirginibus curae grataque forma sua
est.

Publius Ouidius Naso, *Ars amatoria*, 1
(E.J. Kenney ed., p.136, ll.621-624).